



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Wernherus M. 19. April.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

252 VITÆ SANCTORUM. 19. April.

loqui reperitur PHILIPPÆ matri , quæ triennio antè captiva abducta , ad preces filii per Angelum tum erat reducta. Advolat igitur tyrannus ; milites hastâ transfigit, matrem capite multat , THEODORUM ipsum in crucem agit. Sed ille post tot victorias , non petiisset aliud trophæum. Ex Meneis.

Non est patiendum, ut assidua deo cogitateo ex animis nostris elabatur; agendumque assidue, ut ex perpetuâ recordatione impressam cordibus nostris piam deo cogitationem, velut indelebile signum circumferamus. S. Bas. in Reg. fus. disput.

S. WERNHERUS M. 19. April.

WERNHERUS rustica, ex Treverensi agro, progenies, egenis comparabat paratum diurno labore obsonium: vitrici asperitatem, ipse tam miti ingenio, fugere coactus, in opiliones haud paullò mansuetiores incidit; nam & mapalibus fugientem, & esurientem cœnulâ exceperunt, quibus ne oneri foret hospes a symbolum, defixo humi bacillo, novum è terra fontem salire jussit: à Pastoribus digressus in feras incidit; annum enim agentem XIV. Iudæi adhuc Christi in Christianis sanguinem sitientes, capite prono columnæ alligarunt, S. Hostiam ab ore repetituri: loris deinde ac ferro per omnia membra crudelissimè

gra-

20. April. VITÆ SANCTORUM. 253
grassati , satis docuerunt quam longe
Apellæ omnem humanitatis sensum ab-
jecerint : nam etsi triduo inter tormenta
exacto , omnium opem ac commis-
erationem exposceret , eam tamen neque
apud judicem argento corruptum repé-
rit , inter acerbissimos cruciatus id
unum habiturus solatii , quod pen-
dens denum ad exemplum Christi ani-
mam efflavit . Cadaver ejus in speluncam
abjectum est , ne à Judæis , sed
feris laniatum credi posset ; justa ni-
hilominus ei Cælum persolvit , mul-
tâ face circum cadaver accensâ , quæ
WERNHERI innocentiam & Jadæo-
rum crudelitatem detexit . Ex Surio .

Ad cælum respice , brevissimæ hujus vi-
tae terminum tibi ante oculos pone ; & cum
quo de villicatione tuârationem ponere de-
beas , solitus meditare . Quid enim prode-
rit hodie auro & gemmis contegi , si eas
contingat nudum & reum ad inferni sup-
plicia pertrahi ? S. Pet. Damian. l. 7. Ep. 15.

SS. SULPICIUS ET SERVILIA-
NUS MM. 20. Apriis.

R ursum te ad nuptias invitamus ,
sed (quemadmodum semper factum
est) Agni ; quin imò , si lubet , ad
choreas etiam , non quidem ut ducas ,
sed ut spectes , simulq. illud etiam fatea-
ris , verum dixisse , qui ferè ebrios & insa-
nos